Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Zborzynski Conti Debet

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobilis Michael Zborzynski, sanus mente et Corpore existens a Terris destructibus Juribus Jurisdictionibus suis quibuscumque propriis et competentibus recedendo praesentibus vero Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjuvendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Mariannae Szapska futurae Consorti suae eiusque posteris summam sexcentorum florenorum polonicorum certi veri justi et liquidi debiti mutuatamque pecuniam quamlibet florenorum grossis Triginta polonicorum computando et numerando tenetur ac debet, quam quidem summam praedictam sexcentorum florenorum Idem Recognoscens memoratae Nobili Mariannae Szapska futurae Consorti suae, eiusque successoribus, se cum suis posteris in et super bonis suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis quibuscumque habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus hunc et ab actu praesenti pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in anno millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo venturo praxe, daturum solvturum numeraturum, et coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis repositurum et relicturum, repositamque et relictam rursus ab eodem officio non effidevissarum nec arestaturum, vel quovis alio modo solutionem eiusdem summae impugnaturum. Idque sub Vadio similis summae

sexcentorum

sexcentorum florenorum polonicorum per eundem Recognoscentem sive
illius successores praefatae Creditrici suae aut ipsius posteris ob
non solutionem summae suprascriptae pro tempore et loco
supereque expressis ad solvendum succumbendo. Pro quoquidem
vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro summa
ipsa principali non soluta solvenda citatus existens
Mrarum Recognoscens Nobilis Michael Zborowski vel illius
successores ad instantiam Nobilis Mariannae Szapska
futurae Consortis Creditricis suae aut illius posterorum
ad officium praesens Castrensem Capitaneum Premisliensem extunc
recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante
te semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio
stare Juri parere respondere vadium praetactum licere
Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit
et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit
et obligat praesentem illum terminum primum peremptorium
ut et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem
terminos semper peremptorios vera infirmitate pro ma
iori minorennitate, successorum legatione intra vel extra
Regnum, servitio militari ad munimenta ad Evictorem
vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos
officij praesentis Castrensis Capitanei Premisliensis terminos dila
tionem sibi non recipiendo, nullasque motiones appella
tiones ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel duplicatis Evasionibus suspensionibus
fatalis Juris praescriptione Terrestri bello Conventione, ac
alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugi
endo, hoc sua praesentem personali Recognitione ad praesentia mediante.